MARC.
C. I. De joanne baptista, christus baptizatur, vocat discipulos, curat demoniacum, et socrum petri, vacat orationibus, ac sanat variis affectos morbis.

INICIVM SCI EVANGE
LII IHU XPI FILII DI. sicut scriptum est in esaia pro
pheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem
tuam. qui preparabit uiam tuam.
Mr. II. Mt. VIII. Lv. VII. Io. X.
Uox clamantis in deserto. parate uiam dni. rectas
facite semitas eius.
Mr. III. Mt. VI VIII
Fuit iohannes in deserto baptizans et predicans bap
tismum paenitentie in remissionem peccatorum.
Et egrediebatur ad illum omnis iudee regio. et hie
rosolimitae uniuersi. et baptizabantur ab illo in ior
dane flumine confitentes peccata sua.
Mr. IIII. Mt. I XI. Lv. X. Io. XII
Et erat iohannes uestitus pilis cameli. et zona pelli
cia circa lumbos eius. et locustas et mel siluestre
edebat. et predicabat dicens. Uenit fortior me post
me. cuius non sum dignus procumbens soluere cor
rigiam calciamentorum eius. Ego baptizaui uos
aqua. ille uero baptizabit uos spu sco.
Mr. V. Mt. I XIII. Lv. XIII. Io. XV.
Et factum est in diebus illis. uenit ihs a nazaret gali
lee. et baptizatus est in iordane a iohanne. Et sta
tim ascendens de aqua uidit apertos celos. et spm
tamquam columbam descendentem. et manentem
in ipso. et uox facta est de celis. Tu es filius meus
dilectus. in te complacui.
Mr. VI. Mt. II XV. Lv. XV.
Et statim sps expulit eum in desertum. et erat in de
serto quadraginta diebus et quadraginta noctibus. et
temptabatur a satana.
Mr. VII. Mt. VI XVII.
Eratque cum bestiis. et angeli ministrabant illi.
Mr. VIII. Mt. IIII XVIII. Io. XXVI.
Postquam autem traditus est iohannes. uenit ihs in
galileam.
Mr. VIIII. Mt. VI XX.
Predicans euangelium regni di et dicens. Quoniam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
WÜRTTEMBERGISCHE LANDESBIBLIOTHEK STUTTGART
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Württembergische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/wlb_codbiblfol44/0105